



**D. Marcus Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia XXXVI. Et dicebat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iacet sementem in terram, ac dormiat, atque exurgat nocte & die, segesq[ue] germinet ac furgat in altum ipso inscio. Vltro enim ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Actor. 1.
Ioan. 14.

Marc. 13.

Luc. 16.

Quanto studio
uerbum audiri
debeat.

Matth. 25.

Rom. 9.

Matth. 10.

Actor. 1.

Amos 8.

missus ille Saluator, Iesus Christus, qui ut omnia fideliter executus est, quae ad nostram redemptio-
nem faciebant; Ita salutis doctrinam per Apostolos (quos suo prius spiritu illuminari, & in eam
Veritatem induci voluit) in uniuersum terrarum orbem diuulgauit. Et licet Veritatis cogni-
tionem per varias haereses atque barbarissimam Antichristi tyrannidem aliquando obscuratam uide-
deret, sic tamen sua ecclesiae consuluit, ut Veritatis lux nunquam omnino extinguere potuerit, & ut
nunquam clarius fulserit, quam hinc nouissimis temporibus, quando Antichristus & delis & opo-
ta uti quam maximè furit & grassatur. Ita quotidie impletur, quod in praesenti Christus promit-
tit. Quod si quae plenius cognoscenda restant, ea olim in patria patefient, ubi omni uolo deperdit, ut
sum Deum facie ad faciem uidebimus, & in illius conspectu bonis omnibus satiabimur. Vnde
1. Cor. 13. Psalm. 16. Seruiunt haec ijs confutandis, qui Euangelij manifestatione non contenti, nouas
reuelationes expectant, & ita se diabolo & impostoribus seducendos prebent; diuini nimirum spiri-
tus similes, qui ex defunctorum numero aliquem ad fratres superstites monitorum mitti petunt. At
sicui illis in Lege & prophetis abunde prospectum esse, Abraham testatur: ita uobis multi
nouis doctoribus opus est, quando Legi & prophetis noui Testamenti libri accesserunt, quibus
ea mysteria panduntur, quae olim prophetae & iusti praestita & impleta uideri optauerunt. Vnde
Matth. 13.

His modo Christus grauem adhortationem subiicit, qua diligent uerbi studium & medita-
tionem assiduam uobis commendat. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Id est, si cui beneuolen-
tatem Deus conceperit, ut uerbum audire possit, is curet, ne gratiam hanc spreuisse uideatur. Et
quid audiatis, uidete. Nec enim de re leuicula agit, sed maximè seria, & que cum saluati-
one coniuncta est. Nihil ergo uobis excidat, nihil remere aures uestras praeuolent: sed singula
percipite, excepta diligenti meditatione ruminato, ut dignos in uobis fructus ferant. Quae enim
& industria mensura in percipiendo hoc Dei beneficio nisi fuerit, eadem Deus quoque spiritus
dona uobis dimerietur. Quod si animos celestium honorum desiderio dilatatos attuleritis, & si
fueritis eorum quae apud uos deponuntur custodes, plura adhuc apud uos Deus deponet, quae uobis
salutem iuuare poterunt. At si maligni mysteriorum ipsius aestimatores sitis, aut rimarum pla-
la diffidere patiamini, ipse quoque eadem uobis in posterum communicare dedignabitur. Item
Dei mos est, quod ijs qui dona ipsius se habere agnoscunt, & illis strenuè negotiantur, ut quod
sanctum & saluarem faciant, plura addat. Quicumque uero secus agunt, illis ea quoque Di-
uino suo iudicio eripit, quae iam habere uidebantur. At qui eorum quae hic dicuntur, exemplum
dedit in Iudeis habemus. Habuerunt illi testamenta, promissiones, legem, cultum externum, etiam
ipsum Christum, qui ex ipsis homo nasci uoluit. Hisdem quoque Christus primum praedicari
coepit. At quia Dei gratiam nec agnoscere, nec illa uti uoluerunt, repulsam passi et tam regno quam
doto spoliati, famem illam horribilem uerbi Dei patiuntur, quam illis olim per prophetam Di-
uino natus est. Vtinam uero, quae Iudeis hic dicit Christus, hodie uobis quoque ab eodem dicitur
Nec enim negare possumus singularem Dei gratiam, quae uerbi sui lucem infelici mundo hinc
simis temporibus reuelare dignatus est, quae non modo priuatos homines, uerum etiam
quor potentissimos, & Respublicas amplissimas illustrauit, & ex Antichristi tyrannide fur-
ruit. Quod beneficium quia pauci agnoscunt, & plerique uel belluina stupiditate, uel uoluntaria
liria, Christianae doctrine libertatem sibi eripi patiuntur, multi quoque ipsi eandem cancellis quibus-
dam circumscribere non uerentur: periculum est, ne haec sua talenta nobis eripiat Deus, et in
sine Antichristi tyrannidi denuò subiiciat. Horum ergo memores, uerbi diuini lucem ex oculis
ut huius semitas secuti, olim aeternum uiuamus cum Christo Iesu domino nostro, cui debetur
honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A XXXVI.

Et dicebat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo faciat se-
mentem in terram, ac dormiat, atque exurgat nocte & die, leges & ger-
minet ac surgat in altum ipso inscio. Vltro enim terra fructu gignit, pri-
mum

mum herbam, deinde spicam, dein de plenum frumentum in spica. Cum autem productus fuerit fructus, statim immittit falcem, quoniam ad est messis.

Postquam saluator noster Iesus Christus in seminatore & seminis parabola omnem Verbi Dei naturam & effectus, vna cum impedimentis, que illud quo minus in nobis fructificet remanentur, exposuit: mox graui admonitione vsus est, qua duo potissimum ad hanc causam cum primis pertinentia comprehendit. Alterum quidem, Dei verbum ad omnes pertinere, & proinde ab illius studio neminem arcendum, sed instar lucerne publice proponendum esse, vt omnium institutioni & consolationi seruiat. Alteram vero, quod illud audiuisset non sufficiat, nisi ita simul in animos nostros recendatur, vt dignos in nobis fructus ferat. At quia postrema superioris parabole parte, que de terra dona & fructibus verbi habetur, quadam restabant, que diligentem & clariorem expositionem requirebant: ad illam in presentem redit, & primo quidem, vnde illa fructificandi vis procedat, ostendit. Deinde quo ordine & quibus incrementis progrediatur docet. Tertio presentia pjs & veri credentibus parata exponit. Quorum consideratio in genere quidem omnibus prodest, qui Verbum Dei audiunt, ne videlicet aliquid vel sibi ipsi vel suis doctoribus erubuant, vt, non contenti prius inuicem, quocumque maiores progressus faciant: Imprimis tamen ministrorum impatientia medetur, vt remissiores fiant, vel ecclesias simul & officium suum deserant, si quando Verbi fructus diuini differri, aut non tam conspicuos esse vident, quam ipsi cupiebant. Præstat ergo singulas huius loci partes ex ordine considerare.

Argumentum & usus presentis loci.

Prima docet, vnde nam illa virtus procedat, que facit, vt ex verbi semine digni fructus in nobis nascantur. Regnum Dei (inquit) perinde se habet, ac si agricola femina terra committat, que deinde absque illius opera, iam illo vel dormiente vel circa alias res occupato, proueniunt vt fructus ferant, etc. Regnum Dei vocat ipsum Euangelium, eo quod regni Dei ratio omni illo traditur, & per illud homines ad regni Dei & æternæ beatitudinis commercium vocantur. Sensus vero huius prioris partis est: Sicut agricola semen quidem spargit & sulcus mandat, nihil vero præterea conferre potest, sed spem messis in Deo sitam habet, qui solus sua benedictione terram fecundam reddit: Ita ministri verbum prædicant quidem, sed idem in hominum animis operari non possunt, quos diuinitus aperiri & illuminari oportet, vt ex verbi semine regenerati fructus ferant. Quem sensum Paulus plantandi & rigandi parabola illustrat, cum ad Corinthios scribit: Ego plantavi, Apollo rigauit, sed Deus dedit incrementum. Itaque neque qui plantat est, aliquid, neque qui rigat, sed Deus qui dat incrementum. Vt enim terra propter hominis lapsum maledictioni obnoxia, ex se mensura nihil præter spinas & noxia profert, nec ipsa sese excolere, aut suam naturam mutare potest: Ita homo, cum peccati noxa a Dei similitudinem & priorem integritatem amisisset, totus iam corruptus, nihil ex se ipsis potest, quam quod & Deo inuisum, & sibi ipsi noxium est. Animalis siquidem homo (vt Paulus ait) non percipit ea que sunt spiritus Dei. Eiusdem signum a praua sunt ab inuente acate. Gestat enim in membris suis legem peccati, qua sit, vt legi Dei subijci nec possit nec velit. Hinc ergo fructus pessimi proueniunt, opera carnis nimirum & omnis generis scelera, que a Dei regno miseris excludunt. Et licet corruptionem istam in nobis ipsis sentiamus, illam tamen ipsi corrigere non possumus, cum ne ad cogitandum quidem idonei simus. Quare vt terra ab alijs colitur, et eadem semen aliunde accipit, e quo fructus enascuntur: Ita corruptam hominum naturam ecclesiæ & verbi diuini semine regenerari necesse est, vt ferendis fructibus bonis idonea fiat. Vt verò semen non prouenit, nisi Dei benedictio accedat: Ita absque celesti spiritus operatione externa verbi prædicatio nihil proficiet.

1. Vnde uerbo uirtus fructificandi obtingat.
1. Cor. 3.
Gen. 3.
1. Cor. 2.
Gen. 8.
Rom. 7.
Galat. 5.
2. Cor. 3.
Ioan. 3.

Docent hæc, in salutis negotio nihil vel nostris vel aliorum uiribus & industria, sed omnem huius gloriam vni & soli Deo tribui debere. Nisi enim e supernis regenerati dignos regno Dei fructus feramus, illud videre non possumus. At quis vel ipse sibi vel alijs huius regenerationis author esse potest, quando vt homines nascamur nequaquam in nostra potestate situm est, multo minus vt filij Dei efficiamur? Respondeo ergo alibi Christus ait: Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quiquam nouit nisi filius, & cuiuscumque uoluerit filius re-

In salutis negotio nihil tribuetur hominis uiribus.
Ioan. 3.
Matth. 3.
Ioan. 6.

Matth. 11. *uelare. Quod & illud, quod Petro dicebat, referri debet: Beatus es Simon, quia caro & sanguis non
Matth. 16. reuelauit tibi, sed pater meus, qui in caelis est. Agnouerunt hoc omnes sancti, quotquot Deum
fideliter predicauerunt, ita ut sibiipsis nihil prater externum ministerium, Deo autem omnem effectum
tribuerent, & hunc unicum ostenderent nostrae salutis auctorem. Quod enim de seipsis
Matth. 3. faceretur (ut supra diximus) hoc ipsum Ioannes quoque de semetipso dicit his uerbis: Ego quidem
baptizo aqua ad penitentiam, at qui post me uenturus est, fortior me est, cuius non sum idoneus
calceamenta portare: ipse uos baptizabit spiritu sancto & igne. Idem etiam discipulus, praeposita
Ioan. 3. uia ipsius zelo flagrans, grauius reprehendit, & eosdem ad Christum, uerum & unicum uerum
Matth. 11. aulegat. Pertinet huc, quod ne miracula quidem sua uel uirtuti uel pietati ascribi uoluerit. Ap-
stoli, sed illa ad Christum referentes, hunc unicum nostrae salutis auctorem esse docuerunt: cuius
Act. 3. 14. & c. exempla in Petro, Ioanne, Paulo & Barnaba habentur. Seruimus haec nobis aduersus illos, qui cum
Christiani haberi uelint, noua tamen & factiosa nomina proficuntur, & abiectione, uel saltem uoluntate
Christi nomine, Franciscani, Dominicani, Benedictini, Bernhardini dici uolunt: eorum uero nomina
olim à Paulo & Petro & Apollo denominari uolebant, quorum errorem & salutis nostrae ueritatem
1. Cor. 1. & 3. & fidei professioni, quae in baptismo fit, plane aduersum esse Paulus docet, & eundem grauius re-
uersionibus confutat, inter quas cum primis hanc uiget, quod à solo Deo fidei incrementum datur, ut
quicquam propria uirtute ministri efficere queant.*

Deus uerbi mi- *Ergo ne (inquas) superuacanea est uerbi praedicatione? Quin igitur hac omnia & neglecta, Deo
nisterium insti- *luminationem & spiritus operationem caelitus expectamus? Est haec impiorum uox, qui uel
tuit, & illo no- *uerbum odio habent, ita omnem occasionem capiunt, qua illud rejicere queant. At si praedica-
uit uult. *fenti insistamus, obiectio ista minime locum habere poterit. Est enim ea sit relictis & agrorum
conditio, quam modo exposuimus, Deus tamen illam in sudore uultus nostri colit, & agrorum
rum, qui officium faciunt, laboribus benedicere conuenit. Idem uero similitudine uerbi suum
rium instituit, & per adiectionem uerbi (ut Paulus docet) fidem nobis largitur. Debet ergo uerbum
2. Timoth. 4. *etsi in animos hominum nihil iuris habeant, diligenter officium facere, sermonem praedicare, non
tempestiue & intempestiue, arguere, increpare & exhortari, prout opus esse uiderit: et ubi opus
fecerunt, rem omnem Domino & sermone gratia ipsius commendent, ut si pro bona sua uoluerint
Act. 14. 20. *ciat, quod ipsi uisum fuerit: id quod Paulum diligenter obseruasse, Actorem libere statuit. Reliqui
uero Dei instituto et ordinationi sese accommodent, uerbi Dei studiose audiant, & huiusmodi
Ephes. 6. *ces ardentes coniungant, ut Deus & ministrorum ora aperire dignetur, ut officio suo intercedere
Acto. 4. *gantur, & hominum mentes flectere, ut fidei obedientiae sese submittant. At quia de his alibi
diximus, haec modo sufficiant.********

II. Quomodo *Secundo loco, ut uerbi fructus enascatur, Christus docet. Et primò quidem semen in sicca arena
fructus uerbi *sucrescere, deinde suis incrementis successiue in altum surgere dicit, dum terra sponte (id est, spica)
enascantur. *colata nihil amplius conferente, sed sola Dei benedictione fecundata) primò herbam, inde spicam, tandem
uero in spica frumentum producit, quod Solis estu ad maturitatem excoquitur. Pulchre autem
fenti negotio ista conueniunt. Ferè enim fit, ut Dei uerbum in seipsis nobis intra animos nostras radice
agat, sed, in illos altius multò demittat, quam ipsi opinemur: ita ut nouos in nobis motus exper-
mur, qui ut terrenis omnibus contemptis caelestia affectemus, mouent. Nec subito perfecti sunt, qui
Verbum dignè exceperunt. Primò enim tenerior in illis oritur Dei & rerum caelestium cognitio, qua
diuturniori studio confirmata, solidiori pietati locum parat, qua tandem ita induratur, ut
Ioan. 3. 7. 19. *mentes, ut ad quaeuis ferenda idonei sint. Exempla horum in Nicodemò, Iosepho Arimathaeo, et ipso
Mar. 15. *Apostolis habemus, qui horum sibi probè conscij, fidem sibi adaugeri petierunt. Ista uero de tribus
Luc. 17. *admonent, quorum obseruatio & uilis admodum & necessaria est.******

Ministris non *Primò, ministrorum esse, ut horum memores, non statim uel animum despondeant, uel de uocis
temerè relin- *deserendis cogitent, quando non omnia pro illorum uocis succedunt. Probandus quidem est, uel
quenda sua sta- *quo ad promouendum Dei regnum pij pastores feruntur. Idem tamen frenandus est, ut illo ad
tio. *temerè stationem deserant, in quam à Deo constituti sunt. Frequenter enim fit, ut plus profectum
quàm ipsi sperare possint, quod olim Elias propheta, & Paulus cum Corinthi ageret, sibi à Deo
1. Reg. 19. *audierunt. Et persecutionum tempore multi interdum omnia pericula intrepidè subeunt, ut uel
Acto. 18. *capiti******

professione sese fortissimos praebeant, qui prius vix prima rudimenta attingisse videbantur. Quod in Iohanne & Nicodemoe cernitur, qui omnibus discipulis turpiter dilapsis, sibi Christum honorifice sepe laudant. Nec enim fieri potest, ut Dei verbum omni fructu in uniuersum careat, & certum est Dei spiritum spirare ubi ipse voluerit, nec nobis semper omnium animos cognoscere esse, quos ille vera Dei cognitione affluat.

Secundo admonet locus hic, non statim abijciendos esse eos, qui in fide adhuc infirmiores atq; imperfiliore sunt. Cogitemus fidem sua incrementa habere, & lacte fouendos esse eos, qui ad virilem aetate in Christo nondum progressi sunt, quod Paulus se in Corinthiis obseruasse testatur, & ut idem in omnibus alijs obseruemus, diligenter admonet. Nec enim conuenit, ut ipso Christo seuiore simus, qui laborantes ad se inuitat, arundinem quassatam non conterit, nec linum fumigans extinguit. Haec uero de infirmis in fide, non aperiis uerbi hostibus & impijs hypocritis dicta sunt, cum quibus & prophetas olim, & ipsum Christum atq; Apostolos duriter admodum egisse legimus.

Tertio docemur fidelium esse, ut maiores quotidie progressus faciant. Ne enim infirmos non abijciat Deus, ita nos perpetuo infirmos manere non uult, sed inanes progredi, ut nec segetes in herba subiacere, sed ad maturitatem ordinarijs incrementis contendere uideamus. Non ergo ipsi patrocinatur locus hic, qui socordiam suam infirmitatis nomine excusant. Interim multo magis eos arguit, qui postquam aliquo usq; progressi sunt, postea relabuntur & deteriores fiunt, quod olim Galatas in fide causa fecisse Paulus queritur, & quod hodie non pauci faciunt, qui cum ex Dei beneficio ecclesiae bene reformatas habeant, ei respub. Iuas sanctis legibus probe confirmant, tandem securi, adeoq; Euangelicae doctrinae periti, & eum omnem paulatim remittunt, & tandem Euangelij ac fidei professione ad carnis licentia abutuntur, non sine magno doctrinae syncerioris dedecore. Cogitemus ergo, nos quoad in hac carne uiuimus, metam perfectionis nunquam assequi posse, & proinde nobis semper uidearis esse tendendum. ut cum Paulo cursum consummemus, & tandem caelestis gloriae coronam apprehendamus. Vide Phil. 3. 2. Tim. 4.

Restat ultima parabole pars, qua electis, in quibus uerbi fructus maturuit, apud Deum praemia reposita esse docet. Ut enim seges, ubi varijs tempestatum vicibus superatis ad maturitatem peruenit, salte reserata in horreum colligitur: Ita Deus messis tempus ab aeterno destinauit, quando in regni caelestis horrea colliget, ut illic cum Christo suo aeternum regnent, qui hinc illius auspicio militantes omnis generis pericula & tribulationes superarunt. Debet hoc semper nobis ob oculos reserari, ne uel carnis socordia decipiamur, uel fidelium cruce, & impiorum momentanea felicitate offundamur. Certe enim discrimen fiet in illo die inter pium & impium, sicuti Baptista quoq; admonebat, quando pios quidem instar tritici colligendos, impios uero tanquam inanes paleas aeterno igne excendendos esse ait. Id ipsum consoletur nos, ut intrepidi quocumq; aduersa sustineamus. Tunc enim recedent lacrimae & gemitus, & lachrymam omnem a suorum oculis absterget Deus, qui omnibus exempli malis instar Solis fulgebunt. Haec spe olim confirmari sancti, omnes cruciatus & periculorum metus superarunt. Eadem ergo tum nos ipsos tum alios confirmemus, ut illorum exempla sequeamur, quotidianos in uerbo Dei progressus faciamus, ut nouissimus ille uniuersalis messis dies nobis laetus illuceat, & in Dei conspectu bonis caelestibus satiemur cum Christo Iesu domino nostro: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Infirmi non statim abijciendi sunt. 1. Cor. 3. 9. Rom. 14. Matth. 11. 12. Mat. 4. 2.

Fidelium est, maiores quotidie progressus facere.

III. Fructus uerbi messis sequitur.

Matth. 3.

Apoc. 21. Matth. 13. Job. 19. 1. Thess. 4.

Et dicebat: Cui adsimilabimus regnum Dei? aut qua collatione conferemus illud: Est sicut granum sinapis, quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quae sunt in terra: ac cum seminatum fuerit, exurgit, & euadit maius omnibus oleribus, & profert ramos magnos, ita ut possint sub umbra eius aues caeli nidificare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis sermonem, prout poterant audire: sine parabola autem non loquebatur eis, seorsim uero discipulis suis exponebat omnia.